



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De eo q[uod] dixit, nec desiste[n]t à cogitat[ioni]bus suis donec eas
op[er]e co[m]pleuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

L. RUPER: ABBA: DE GLORIF. TRINI.

Admirādagys
gantū lugbia
minans filios Adam. ¶ Descendit autem (inquiēs) dominus, ut uideret ciuitatem & tur-
rim, quam ædificabant filii Adam. Deniq; huiusmodi locutio admirationi esse uult, quod
filii adhuc tantam spirabant audaciam, iam ferentes paternæ superbiae poenam, quia profe-
cto magis nairum est, superbiae post poenam uel in poena, quam ante poenam. Aut si migra-
tur illorum liber admirari uerbis quoq; ethnici, scilicet poetæ insignis, qui poenas infernales
describere gestiens, dicit:

Verg. 6. libro
Aeneidos
Hic genus antiquum terræ, tyrrania pubes,
Fulmine decteti, fundo uoluuntur in imo.

Hic & aloidas geminos immania uidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum,
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.

Quid pœnit
deus in edifis
cœnb' Babel.

Gene. 6

¶ Sed nunquid hoc deum tenuisse putabimus, & iccirco dixisse, cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant? Deniq; & si hodieq; uiuerent, & ædificare non cessassent aut cessarent. Nunquid uel usque ad medium altitudinis cœli sive firmamenti peruenissent? Minime. Sed esto. Peruenerint sive peruenire potuerint usque ad illam firmamenti celstudinem, quam dicunt Aplanen. Quid ibi noce-
re possent invisiibili maiestati, etiam non deturbati aut fulminati? Ergo præcauissé quidem
deum aliquid, non sit dubium, quoniam sic superiorus scriptum ē, & præcauens in futurum
ueruntamen non præcauissé manus eorum, immo præcauissé linguas eorum. In quo? Si
mus attenti, quia non minimam intelligentiam locus iste quererit, dicente deo, nec desistent
a cogitationibus suis, donec eas opere compleant, qui & non manus eorum præcidit, sed
linguas eorū confudit. Dicamus ergo, qualem præcauit ædificationē superbiorū, quia ue-
racter dictum est superiorius, & præcauens in futurum.

¶ Be co quod dicit, nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere com-
pleant, qualiter eas opere compleuerint.

Ca.XIX.



Hiere. 43.

Job. 41

z. Thess. z

z. Cor. 10

Gene. 55

Heretici tur-
rim Babel ex-
triuunt

Plat. 7z.

Cur diuisē sūt
linguae

Can. 4

Trinitatis the-
saurū uarie ab
scōditus i scri-
pturis ueteris

Exo. 34.

z. Cor. 3

Cripturas ueritatis cōditurus erat propter homines humiles spiritus sanctus
quas nunc legimus, & in illis recondere proposuerat thesaurum, quem nunc
usq; & inuenimus, & inuenire cupimus, thesaurum nominis sui, thesaurum
sacramentorum Christi filii dei. ¶ Nouerat enim altitudinem satanae regnū
tis super omnes filios superbiae. Et illius turris ædificationem uana & men-
dacio eorum scientiæ sive loquacitatibus, extollentes se aduersus ueritatem dei, prospiciebat
esse imaginem. Dixit ergo: Cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis,
donec eas opere compleant. Quibus à cogitationibus suis non desisterent? Vt tig; quas uo-
cibus istis enunciat, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat usq; ad ce-
lum. Nonne ita fecerunt? Deniq; mox ut sanctæ scripture illis peruulgatae sunt, contra
ritæ scientiæ turrim usq; ad blasphemandum creatorem erexerunt. Hinc est illud: Cogita-
uerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Posuerunt in cœlum
os suum, & lingua eorum transiuit in terra, id est cum essent terreni, transiuit lingua eorum
blasphemando omnia terrena usq; ad ipsum deum. Quippe qui non solum de terenismale
locuti sunt, sed etiam de creatore eorū. ¶ Dico ergo. Si postquam diuisa sunt uel confusa
sunt labia insurgentium, & dissipatae sunt cogitationes eorū, tanta fecerunt,
ut uix substire aut resistere posset illa, cui dicitur in canticis: Sicut turris David collū tuū,
quæ ædificata ē cū propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortū. Quid
fecissent, qd dixissent, si nunq; confusa lingue, nunq; diuisa fuissent labia eorū. Benegit
& provide, dū tēpus immineret, ut scriberentur scripture ueritatis, scripture legis & pro-
phetarum, in quib; est thesaurus ueritatis, facta est diuisio illa lingua sive gentium, ut in
una tantum lingua sive gente thesaurus iste usq; ad tempus posset abscondi. ¶ Nunquid
uero uel istud sufficere potuit? Non utique, nisi in eadem una lingua gentis Hebraæ sub-
figuris & ænigmatibus, in parabolis & allegorijs, peracta fuisset subtilitas absconsonis.
Neque enim uel ipsi portare potuissent, quibus credita sunt eloquia dei, sicut significas-
tum est in eo, quod fugerunt uel timuerunt prope accedere filii Israhel, uidentes clarita-
tem uultus Moysi.

Deplaga